

caelestium motuum, affabre, atque artificiosè factum, cum aliis, muneribus... Cetera quidem munera Moscovita accepit: animum, vero cum didicisset caelestium motuum organum esse, contumeliosè dirisum, Dano remisit: iniquis, ipsum de caelo stultè sollicitum esse, cum de terra inter ipsos armis certaretur. P. Ram. lib. 2. proom. Mathem.

Vicinus urbi nostræ Princeps, non illudatus cætera, à mathematico quodam donatus horologio machinali ligneo artificiosissimo: Equum maluisse, aut bombardam, respondit: dato tamen honorario hominem dimisit. Laudantibus verò quibusdam operis elegantiam, & artem, per jocum illud ea lege Casparo Hervagio I. C. consiliario suo, qui post Ræteland præfectura scriinis præfuit, donavit, uti pro eo quinque cateos Helvetios sibi muneris loco offerret: scilicet ut proportione arithmetica non geometrica inæqualitas ista adæquaretur.

ARTIFICUM.

Ex loco Mechanicarum artium quædam huc transferri possunt, illam dico, quæ propter Mathematicam originem inter liberales communerata fuisse à veteribus, qualis Pictoria est, & Statuaria, & Architectura. De quibus Vide Loca propria.

Consultatur etiam Locus de Artibus Mechanicis.

MECHANICÆ OPERÆ AC PRIMUM, QUÆ VERSANTUR CIRCA MATERIAM INANIMATAM naturalem.

Huc pertinent Artes, quæ versantur & occupantur, circa TERRAM, eam variando, colendo, ut sunt Agricola, Rustici & similes. Quos require in loco de Agricultura, & Hortis.

AQUAM, Eam elicendo, conservando, derivando, deducendo.

In Ægypto tanta est circa flumen sollicitudo, ut naturam diligentia exuperet. Nam cum Regio natura multum fructum ferat, irrigata plurimum profert. Natura enim & majus Nil incrementum plus terræ irrigat: sed sæpè diligentia naturam supplet deficientem, ut tantum terræ in minoribus Nilii excrementis irrigetur, quantum in majoribus per fossas, aggeres. Ante Petronii tempora maxima ubertas erat, cum Nilus ad quartum, ac decimum cubitum exercebat: cum verò ad octavam crederet, fames, & penuria eveniebat. Cum ille regiam imperaret, & duodecimum cubitum tantum Nilus implebat, famem nemo sentit. Strabo l. 17.

SUBMINISTRANDO IN JUDICIIS.

Quidam modo, id est, Ad aquam malus: infimæ fortis homines olim dicebantur, ac sordidissimi quæstibus additi: propterea quod antiquitus infames habebantur, multoque omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare confueverant. Nam veteres ad clepsydrarum mensuram in judiciis dicere solebant. Infundebantur, & certantibus per clepsydras aqua Eam aquam tenus quidam, ac nullius frugis homines infundebant, dispensabantque. Porro qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur rejecti, rei pariter, ac bonæ famæ indigni: non aliter quam Romanis legibus notantur sce-nici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam.

Erasm. in Adag.

AEREM. Huc pertinent VENTILATORES, VENTULUM FACIENTES.

Rectè apud Terentium ancilla mandarat simulato Eunuchò, stibellum caperet, & ventulum Pamphilæ faceret: hoc enim proprium munus erat eunuchorum. Cognoscitur etiam ex loco quodam Euripidis ex Oreste, in quo eunuchus trepidans domo prodit: quia viderat interfici dominam, ac præsensillè adfuerat, cum irruerunt eò cum gladiis Orestes, ac Pylades: narrat enim quid eo tempore faceret, & in quo ministerio versaretur, cum illi accerrimi juvenes callidissimum id factum aggressi sunt. Verba ipsius, pavore penè mortui, hæc sunt:

Quisquis diligenter attendet, videbit omnia convenire: nam

& forma stibelli intelligitur rotunda, & materia etiam, è qua regine, ac fortunæ mulieres ipsa compacta habebant: è penis enim avium, ut hodie è pavonum cauda, ea fabricabantur: quæ sunt elegantiora, & molliora. Jam quod Latinus comicus ventulum diminuto illo nomine dicit, existimo ipsum exprimere voluisse Græcum verbum, *αἰσῶν*, *ViBOR*. l. 20. *Vâr. lèç. cap. 21.*

IGNEM. Huc qui Ignem ACCENDUNT, SUBMINISTRANT.

Fornacarii, & Fornacatores, qui ignis in furno accendendi curam habent. Fornarii, mediastini, qui focum curant.

Georgius Archiepiscopus Strigoniensis, puer hypocausto calefaciendo præfectus. Vide Tit. Ignobili orti loco, qui magistratus sacros sunt adepti.

IMMITTUNT. INCENDIARIII.

Hic opera spectatur mechanica: sub Injustia profana ipse Habitatus improbitatis, cui ministrat.

Vide Locum de Incendiariis.

OPERÆ MECHANICÆ CIRCA MATERIAM VERSANTES INANIMATAM ARTIFICIALEM. Ut circa

LOCA. V. G. Circa TEMPLA, & EDDES SACRAS. CUJUSMODI SUNT

Si operam species, hujus sunt loci. Si Dignitatem, inter Magistratus communerantur.

Jon filius Creusa, & Apollinis, serviens in templo Apollinis Delphici, illud quotidie scopis mundans, & frondibus quoque ornans, apud Eurip. in Jone, inquit:

κλῆνὸς δ' ὁ πόρος μὲν ἔστιν ἱερὸν ἔργον, ἢ θρασὺς ἀπὸ ἀδωσάντων, ἢ ἠσπῆρας πῶτος ὑπερδύει.

Gloriosus labor iste mihi, diis servam manum habere, non mortalibus, sed immortalibus bene omninatis laboribus laborare.

Herodes, æditus in templo Apollinis ad Acalonem, filium habuit Antipatrum. Hujus filius Herodes, Acalonita dictus, titulum Regis ab Augusto accepit. Joseph. Antiq. Jud. l. 17. cap. 8.

Suantoviti Sacerdos apud Ruginos, in urbe Arcone, ædem idoli scopis retento anhelitu purgare cogebatur, & subinde extra templum recipiendi, & emittendi aeris causa procurare. Saxo.

HOSPITIA, EA SCILICET Mensores, Metatores Latinis dicuntur, qui hospitium designant, & notant.

Nulla sunt in Turco Imperio divertoria, nisi publica ædificia, Cabachara dicta, Satrapæ enim opulenti pium aliquod opus, quod ipsorum conferat salutem, facere volentes, tales struunt pio zelo fieri curant, in quibus omnia ad vitum necessaria, excepta suppellectile, quam secum ferre peregrinantes coguntur, subministrantur omnibus, cujuscuque religionis fuerint. Petr. Bellon. in observ. lib. 1. cap. 59.

NO S O C O M I A. Valetudinarii, præfecti valetudinariis, id est, nosocomii.

Commentariensis, cuius, ac præfectus carceris, qui vinclorum nomina in commentario, id est, libello perscribit.

Hotom. de Verbis juris.

Rex Persarum habebat cubicularium, qui manè regium thalamum ingressus his verbis illum expergesciebat: *ἀνάγει δὲ θάλαμον, ἢ ὄρεσθαι τὴν ἐργασίαν, ἢ ὡς ἔστιν ἐν τῷ Μενεμένηδου - δὲς ἰθὺς.* Id est, Surge Rex, ac negotia cura, quæ te Mesotomades curare iussit. Plut. in lib. *Adversus principem imperit.*

Menedemus à cubiculo L. Luculli Olthacum hero dormienti indiani repulsi. Plur.

COENACULA. DIÆTARII. Diatarii servi, qui in diatis, id est, Coenaculis serviant.

HOSTIA.

HOSTIA, HOSTIARII, JANITORES.

Apud Commodum Imp. Cleander servus Imperatorio cubilli præerat, atque ipse Imperatoris custodia curam habebat, quintiam Palatinæ præfecturæ curam gerebat. Sed avaritia ejus, rapinæque Pop. Rom. invidiosus Commodus, occidit eum cum filius iussit, corporaque ipsorum per urbem trahi. Fulg. lib. 6. cap. 10.

L. Octavilius Pilius, servus oliarianus primò in catena servivit, deinde ob studia manumissus, Rhetoricamque professus, Cn. Pompejum Magnum docuit, ejusque patris res gestas scripsit: primus omnium liberitatem historiam scribere aggressus non nisi ab ingenio scribi solitam. Sueton. de Chris orat.

LOCATA. UT CIRCA VESTES. BAS

Purgando, Lavando. Huc Fullones.

Tyrtami philosophi, Lesbii genere (qui tanquam divinitus datum loquendi genus habere, Theophrastus postea fuit appellatus) sullo pater fuit. Lucret.

Troiani Imp. foror Marcia, dum aurea pelvi in Thracia ad ripam fluminis, nescio quid lotura, consisteret, elapsum de manu vas profunda petivit. Ut tristes mulier suam accusaret negligentiam, ecce aurum miraculo emerit, ac se reddidit Dominæ merenti: Cujus rei miraculo motus Imperator, civitatem eo loco condidit Martianopolim. Crantz. lib. 2. Suecia. cap. 6.

Udalricus Boemorum Dux, qui Polonos Boemia eiecit, reversus ex venatione, vidisse narant puellam in villa quadam juxta puteum vestimenta lavantem, nomine Bozenam, quod Beatricem interpretantur elegantem forma, & moribus. Caprus ejus specie, & alloquio, invidis amicis, conjugem accepit. Bizetiuslaus ex ea natus. *Æneas Sylvius in bist. Boem.*

CUSTODIENDO. Vestifigia, ancilla vestium custos dicebatur. Sic Capfarii, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt.

BOMBARDAS. TORMENTIS PRÆFECTI. Præfecti tormentis Burienfes dextris mutilati. Vide Tit. *Savitæ bellæ ac erga hostes viros.*

NAVES. Eas Custodiendo. Navium præfecti.

Timosthenes, præfectus classis Prolemai Philadelphi, geographus nobilis scriptis de Portibus libros x.

Alfonfus, Sicilia, & Aragonum Rex, Bonificiam urbem in Corfica insula (quam olim Syracusanum portum vocabant) Genuesium coloniam arcta premebat obfidiōne; Genueses suis auxilia misere, anno mccccxxi. In portu ipso acre prælium navale committunt. Alfonso navis una, Caput rotundum dicta, aris instat, Genuesibus plurimum negotii exhibebat. Andreas igitur Mergus, Genuesis, cui profundum maris petere, & si quid pestum occidisset, sursum referre, ludus, ac jocus erat, Joannis Campofulgosi Ducis iussu, in medio pugne ardore, galea tectus, & brevi curo accinctus, clam se in mare præcipitem dedit, & ima petens, illius maxime regiarum navium funes anchorarios nullo negotio præcidit. At vasta illa moles, quam dux hostiles naves ita urgebant, ut vix sisti anchoris possent, ubi omni recinaculo soluta est, fluitare primum, & proram deinde alio flectere, postremò semel mota, alias naves trahere secum cepit. Sic ut Alphonfus rediret, & Genueses Bonificiam tuto ingrederentur.

Jacob. Bracell l. 1. belli Hispan. Fulg. l. 7. c. 4.

Vide Tit. de Bombardis, & Machinis.

PECUNIAS. Huc qui exigunt, accipiunt, ut sunt Publicani, vestigialium collectores. Vide suis Locis, & Titulis.

Conservant. Tum Publicos Thesauros. Thesaurarii.

Seleucus Sardinensium arcem oppugnabat. In ea Theodotus præerat custos thesaurorum Lysimachi. Cum arcem capere non posset, proclamari iussit, se centum talenta daturum ei, qui Theodotum occidisset. Theodotus metu prodicionis prodire non audebat. Vulgus verò molesta ferebat, sibi fidem non haberi. Ergo Theodotus prævertens noctu portam aperuit, & introducto Seleuco, thesauros ei tradidit. Polyan. l. 4.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Privatorum. Arcarii servi, quibus arce, in qua Domini pecunia inest, procuratio committitur.

OPERÆ MECHANICÆ CIRCA CURAM BRUTORUM.

Hic Curatores Armentorum. Vide Armenta. Ovium. Vide Ovis, Opiliones. Percorum. Equorum. Ex locis propriis desumatur.

CAPRARUM. CAPRARIII. Cum Homerus cæcus in Chium appulisset, Glancus quidam caprarius Poetam suo tugurio suscepit, & liberaliter tractavit. Postero die eundem Domino suo in Bolio ita commendavit, ut eum Dominus filius suis præceptorem daret. Herodot. in Homeri vita.

Crathis, seu Cratides, pastor apud Sybaritas, in fando amorem capræ exarist.

ASINORUM, MULORUM. EOS Pascendo.

Doeg pastor regius mularum Saul. Josephus l. 6. Antiquitatum, cap. 13.

Alexandro Macedoni cum reddita fors esset, cum, qui primus occurrisset, interimeret: ubi Eumycum quandam præ se agentem asellum vidit, arripit hominem ex oculo confestim imperavit. At is jamjam jugandus, intellecta mortis causa, proclamavit, ante ambulonem suam, non se peti ex reponso, quando is obviam factus esset prior. Cal. l. 11. cap. 8.

A. L. ex Plut. Alexandro. Eutyclus asinarius, cum asino Nicone, apud Actium de secedenti Augusto in aciem occurrens, victoria fecit omen. Suetonius.

Agalo quidam solo clamore, & asini rudu Molossos in fugam vertit.

CAMELORUM. Malioctem pseudopropheta Saracenorum, & Turcarum, in adolescentia camelos divitis mercatoris Arabis pavisse, ac semper etiam sereno caelo atram nubem supra caput ipsius conspectam esse, scribitur.

PAVONUM. M. Aufidius Lurco ex pavonibus supra hexagena millia nummorum in anno capere solebat. Varro de Rustica l. 3.

Q. Hortensius augurali adiciali cœna primus pavones possuisse dicitur. Quæ multi secuti precia eorum extulerunt: ita ut ova eorum denariis quinque vaneant, ipsi facillè quinquagenis grex centenarius facillè quadragesima millia selertia, ut reddat, ut quidem Albutius ajebat, sin singulos terni pulli exigantur. Idem.

COLUMBARUM. L. Axio eques Romanus Columbas aiebat, inque mirificè oblectabatur, tantique tum pretii erant, ut minoris quam quadringentis denariis se daturum negaret. Immo Varronis ætate in singula paria solvebantur mille nummi. Var. l. 3. de re Rustica.

APUM. Quare Bombyces, loco particulari.

BOMBYCUM. Vide Locum de Apibus.

MUSCARUM, QUI MUSCAS Penantur, Occidunt.

Domitianus Imp. certis horis secretum captans, muscas stylo ferreo configere solebat. Hinc jocus cujusdam, quærentis alio: An quis cum Imp. esset; Ne musca quidem, respondit. Sueton.

Abigunt. Mnothas.

ANIMALIUM CICURATORES, DOMITORES. Penantur ex loco de animalibus. Tit. Dominos Animalium.

PASTORES in genere. Vide Pastor, Opilio.

MACTANT LANIONES. Proditæ à Cillicone insula Miletò, Theagenes quidam Syrius commigrat Samum, atque illic vendebat carnes. Ab hoc cum Cillidon carnes emere vellet, tradidit illi, ut quod superesset, amputaret. At ille porrecta machera manum hominis abscidit. Ista, iniquis, manu non prodes alteram civitatem. Erasm. in Adag.

Cum Carolus VI. Gallorum Rex jam adultus in amentiam incidisset, oculo Burgundie Ducis impulsu, Lanis, quorum pernagnus in Parisorum urbe numerus est, arreptis armis: Simonctum Cabochem Parisiensem, fordida fortuna hominis.

Y 3 ncm,

nem item Joannem Thojanum physicum, multitudinis duces A creaverunt, onera quadam sacerdotibus, atque magistratibus imposuerunt. Ceterum cum graviora quoque molirentur, Parisiensis civis, communibus viribus, seditionem plebem cum ducibus suis urbe expulerunt. Fulg. lib. 9. cap. 7. Ortho I. Imp. Mediolani Bonificium quendam Scrofatum, e plebe hominem, quippe lanium, creavit Duem. Sigon. lib. 7. regni Ital.

PUGNANT. VENATORES THEATRALES.

Hic opere, sub loco autem Bonorum corporis, Roboris corporei merito commemorari possunt, atque debent Bestiarum, qui ludis publicis cum bestiis pugnant: qui a Jurisconsultis, Ad bestias damnatas appellantur. Hotoman. de Verbis juris.

Carpophorus fuit Romanus quispiam, Imperatori Domitiano carissimus, propter venandi peritiam. De eo Martialis l. 1. Epigramm.

Summa tua, Meleagre, fuit qua gloria fama, Est quata Carpophori portio susus aper?

Commodus Rom. Imper. magnam numerum belluarum publice sepe interfecit. Quingue enim equos fluviatiles simul, & duos elephantes variis diebus solas ipse suis manibus contulit. Præterea rhinoceros, & camelopardiam occidit. Xiphilinus in Commodo.

LOGI, QUI CURAM OCCIDI ANIMALIUM IN STABULO. STABULARII.

Marcellum Romanum Pp. Maxentius tyrannus damnavit ad stabulum vilissimo ministerio. Cum inde a clericis rapere, redactus tamen est ad fordes: & inde per epistolas gubernavit Ecclesiam. Pedore, & immunditie cruciatu quotidie, mortuus est anno Pontificatus sexto. Crantz. l. 2. Metropol.

VIVARIIS.

Aviaria, hoc est, loca, in quibus domi aves educantur, primus, teste Plin. instituit, inclusi omnium generum avibus, M. Lalius Strabo Brundisii equestris ordinis. Habuit etiam Roma Alexander Imp. volupcratis gratia, Lamprid.

Leporaria, id est, vivaria ferarum, muris undique septa, C. Aureo Plin. in 8. a Fulvio Hirpino primū condita sunt, ut etiam hodie nonnulla in Italia extant. Nam Fridericus Dux Urbini duce equidem fecit, in quibus omne ferarum genus incluse, ut quoties per negotia liceret, animi causa, se honestissimo hujusmodi venationis genere exercere posset.

At alibi, & præsertim in Anglia, passim ejusmodi vivaria sunt, quæ cum roboreis studibus septa sint, recte veteri vocabulo Roboraria dici possunt. Et hæc loca Angli in fumis cum voluptatibus tum opibus habent, quando nulla apud eos videri magnifica villa, quam vivarium ferarum, ceruorum, & damarum non ornant. Polyd. lib. 3. cap. 5. de Reg. invent.

ARENA. ARENARIJ.

Arenarios appellat in Antonio Philosopho Julius Capitolinus, bestiarum, in amphitheatris arena cum bestiis solitos colluctari: quos æque ac leonicos idem infames significat. Cal. l. 8. cap. 8. Antiq. Lethæorum.

MECHANICÆ OPERÆ IN HOMINEM AGENTES COMMODO.

TUM VIVUM, SIC AGUNT IN ILLIUS ANIMUM, QUATENUS Docent.

Præcepta, Præceptores, Pædagogj. Si habitum spectes, quem discipulis præcipiar communitat, inter Theoreticos referri debet. Sin Operam ipsam, hujus est loci. Consule Tit. Grammaticorum. Item Præceptorum cuiusvisque habitus.

Olibus pædagogus Nicogenes liberorum, Æolium locupletissimum, motus, mente exclamavit: Nædî consilium vocem da, videriamque. Quo vestu admonuit Themistocleum hospitem, ut fuga sibi consulere. Plut. in Themistocle.

Polybius Megalopolitanus historicus præceptor fuit P. Scipionis Africani. Et sane, quæ Polybiū monuit gessit Romanus Imp. omnia bene, & feliciter evenisse: in quibus verò minus se ejus vir dicto audientem prædixit, in illis ostendisse, memoria proditum est. Tassam. in Arcadiis.

Bonosi Imperatoris Pater pædagogus fuit in Bœtannia. Fulg. l. 3. c. 4.

Galeacio Maria Mediolanensis imperante, erat Nicolaus Montanus Bononiensis, vir (ut illis temporibus) non ineratit, ex eorum genere, qui nobiles pueros in literis instituendos suscipiunt. Hujus inter ceteros erant audientes Mediolani tres adolescentes, ejus civitatis, cum primis nobiles, Joan. Andreas Lampognanus, Carolus Vicecomes, & Hieronymus Olearus, quibus ob egregiam videlicet virtutis plurimum omnium indulgebatur. Erat hominis ingenium longè acerrimum, & five hoc a natura haberet, five studio esset, & diligenter confectus, minime ad hominum vitia, Principum imprimis, dissimulanda accommodatum. Hic juvenes veterum exemplis ad tyrannidem Galeacii vindicandam, & patriam servitute liberandam animavit, maxime cum privatas erga Galeacium odii causas haberent. Brutus l. 6. historiæ Florent.

Iter.

Vide sub Tit. Stratagematum, Laca ardua superare.

Moyes cum per desertam populum Israeliticum duceret, Hobab Ragucl Madianitæ socii sui filium a se dimittere noluit, quamvis in patriam reverti summo opere cupientem, quoniam viarum, & itinerum gnarus erat, & veluti dux itineris oculorum vicem Israelitis præbere poterat. Num. 10.

Ephialtes Trachinibus Perfas ad Termopylas per occultum tramitem circumdunt ad C. Lacedæmonios in faucibus, Perfarum multitudinem succentes, opprimendum. Herodot.

Nomina.

Nomenclator, civium nomina omnium tenebat, & cum opus esset, pronuntiabat. In veteres, dum ambitioni serviebant, utebantur. Cicero in Muræniæ Monituros eos appellat. Hotoman. de Verbis juris.

Regunt hominem quomodolibet in Politia. Reges, Magistratus. Consule Tit. Regum. Principum in loco de Magistratu. Foro.

Theophrast. in lib. de Legib. ostendit Agoranomus apud Athenienses duo præcipue curanda, ut omnia in foro composte, citraque tumultum agantur, deinde ut absintant a mendaciis non vendentes modò, verum etiam ementes. Erasim. in Adag.

Convivio.

Dores in Sicilia invidiosus, id est, conviviorum seu mensurarum præfectos, Minamonas appellant, quos Latini modiprætores vocant, teste Menio, quod bibendi modum imperent. Unde proverbium, Odi memorem compocorem, quadrare videbitur in eos, qui modum in convivio præscriptum nimium exactè requirunt. Aliis magis videtur, ut proverbium admonet summius, hoc est, oblivionem omnium, que in conviviis vel fiunt, vel dicuntur. Id enim testatum esse, & majorum fabulis, qui Baccho simul, & ferulam & oblivionem conferant: nimirum hoc innotens, non oportere meminisse, si quis in convivio peccatum sit, aut certe levem admodum, ac puerilem reprehensionem sustinere. Erasim. in Adag.

Certamine.

Agonotheta in Scenicis, Athlotes in Gymnicis, qui certamina instituebant. Suidas, & Pollux. Interpretantur, sive Voce.

Sub loco Grammaticæ Habitum consideravimus interpretantur hic Operam, quam alii præstant. Interpres Perfarum GRÆCUS uti proditor a Themistocle H necatus. Vide Tit. Perfidia erga patriam pana. Scripto.

Scripta, si Operam spectes, quam alteri præstant, cujus memoria, vel cognitioni inserviunt, hujus sunt loci. Respektu operis, quod edunt, Scriptura scilicet lib. 3. explicabuntur.

NUNTIJ. PRÆCONES. Vide vit. Particulares. OBLECTANT HOMINEM. Ut sunt Musici. Vide infra Musica.

Histriones, Scenici.

Fabulantur hi Poetis, eoque nomine tanquam famulos Poetarum eos recentissimus. Hic solius operæ mechanicæ, & servilis rationem habemus.

Cl. Rufus Scribit, C. Sulpicio, & Licinio Stolone consulis, vulgatum

vulgatam Romæ pestilentiam scenicos æque omnes absumpsit. Igitur accitos venisse ad Hætruria frequentes, & egregios Ludiones in quibusdam, qui cum laude diutissime pluribus in spectaculis placuit, fuisse Histrum dictum, a quo omnes histriones appellatur. Plut. in quæst. Rom.

Gladiatores, Xystici. De his inter Corpore, propter Robur, & Agilitatem. Hic respectu Operæ delectantur alios.

Bithus, & Bacchius nobile par gladiatorium fuit, quorum mentionem Suetonius quoque fecit, pares arte, pares audacia. Præterea quoties duo æqualiter improbi contendunt inter se, ita ut neuter alteri velit concedere, non intempetiviter dicas, Bacchium cum Bitho commissum. Erasim. in Adag. Panambuli.

Sub Andronico Seniore, & Juniore Ægyptii præstigiatores amplius xi. patria excessere, sed xx. Byzantium pervenere, quin arte ostentanda perire præcipit. Vidimus & nos unum malo delapsum interire. Magnam tamen pecuniam a spectatoribus colligendo, quovis terrarum proficiscerentur, partim lucri faciendi causa, partim artis suæ ostentandæ gratia. Gregorius lib. 8.

CORPUS. UT SUNT

Obstetricæ. Siphra, five Sephora, & Phua obstetricæ Hebrææ, jussu a Pharone Rege, ut mares Hebræorum in ipso partu necarent, parere noluerunt: simulantes, Hebræas mulieres tam vividas, ut antequam adesset obstetricæ, parerent. Exod. 1.

Diana cum nata esset ante Apollinem, at eodem tamen partu, & obstetricæ munere postea apud matrem est sancta, nascens Apolline. Nat. Comes Myth. lib. 3. cap. 18.

Phanarete obstetric, Sophronici matrimonii uxor, Socratis Atheniensis mater, qui primus omnium de moribus differere cepit, & Philosophiam de celo ad res humanas deduxit. Ergo matrem imitatus, animorum virtutibus obstetricabatur, ut illa corporum fecibus. Laert. in Val. Max. lib. 3. cap. 4.

Plin. lib. 28. cap. 7. Sotyræ & Salpæ obstetricæ faciunt quæ etiam placita in quibusdam morborum remediis citat. Idem lib. 32. cap. 6. Salpæ meminit.

Philippa Catenensis obstetricandi officio ad summam pervenit dignitatem. Vide Tit. Obscuri arti loco, qui dignitatibus prophanis fuit illustrati.

Medici, Chirurgi.

Nihil medicæ theoria jucundius, & elegantius: nihil ipsa præxi tristicus, atque molestus, chirurgia præsertim, ut pote que carnisque partem quam hominis Philosophi videtur esse propria. Eo factum est, ut chirurgica artio ad quosdam, qui Vulnerari in genere dicuntur, devolvitur: non malo instituto, siquidem unus in pluribus simul excellere nequit: sed excecando abusu, cum imperitis tonforibus officiosissima hæc medicina pars, & maxime in quibusdam, commissæ bodie videatur. Usucere, & sine arte distinguenda sunt. Et propterea ab omne ista æque per se sordida videatur, & illiberalis, tamen ex se primium, qui per artem & rationem est, deinde etiam ex modo cognoscendi, & operandi, non per sensum tantum, verum etiam per rationem, omnium maxime liberales evadunt: ut quæ corpus, sine quo mens sana subsistere nequit, sanum efficiant.

Gymnasta.

Ariff. in 8. Polit. Gymnasticam a Pædoticâ facit diversam, illa in ludicris tantum exercitiis, luctando, saltando, curvando versetur, & pueris etiam conveniant, hæc verò magis seris exercitiis continetur, quarum usus in vita civili sit maxime necessarius: ut pote equitare, jaculari, arma trahere, & similia, quibus pædoticæ, & hæc magistri campi præstantur, ut juvenes natura, etate ad inservandos, declinandosque illos erudiant, & ad bella aptos reddant.

Qui cibum, potumve offerunt. PINCERNÆ Vide Locum proprium.

PRÆGUSTATORES. * Hi Græcis vocantur ἀρτοδοξοί. Fuit cibos prægustandi consuetudo tam Græcis, quam Romanis usitata. Herodotus scribit, olim Reges uti solitos medicamento, quo venenum arceretur. Alludit autem Juvenalis ad morem, qui in Principum aulis est, in quibus securitatis gratia ministris aliquis cibum prægustat. Sic enim dicit Satyr. 6.

Mordax ante aliquis, quidquid porxerit illa. Que peperit: timidus prægustet pocula Pappas. Item Horatius in apologo muris urbani, qui rusticum L. B. T. beat. vit. Human. Tom. V.

convivio excepti, L. 2. Satyr. 6. nec non vernaliter ipsi Fungitur officio, prælabens omne quod adfert, id est, prægustans, interpretæ Lambino, ut omnem veneni tolleret suspicionem.

Sunt autem hi prægustatores Principibus maxime familiares, ut quibus salutem suam credunt. Sic Sueton. meminit Galoti Spadonis, qui cibos inferebat, & prægustabat Claudii Imp. tempore, & a quo et toxicum datum suspicabantur.

In monte Viminali teste Lazio, talis inscriptio reperta fuit. Potum Sylvano solvis Libens merito. T. P. Diadumens Lurvesian. prægustator Augusti.

Alexandro Mag. ab Jola Antipatri filio prægustatore venenum fuit portectum: & ob id Myrtilides Rex antidoto adversus venenum præmunire se solebat.

Atque eandem ob causam ferunt apud Abyssinos mense inferri cornu Monocerotis, quo explorant ministri, num quid veneni cibis regis immixtum sit.

Matulam efferunt, porrigunt. Sordidissimum obsequium est, micherenti matulam exhibere: D. Hieron. in epist. ad Nepotian. inter fœdora captatorum ministeria hoc quoque commemorat. Ipsi, inquit, apponunt matulam: obfidens lectum. Hinc, Martialis: Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es: aut porcos pascere Pirithoi.

Plus in Lacon. refert, puerum quendam Spartanum ab Antigono captum, ac venditum, paruisse quidem emptori in omnibus, quæ non essent indecora ingenio. Ceterum jussu adferre matulam, detectavit obsequium, adens: Non feriam. Irafciente autem Domino, puer: Senties, inquit, quem emeris: simulque consensio te ego se præcipitem dedit.

Ventum faciunt. Vide sup. Circa Inanimata occupati, circa Aerem Somnum abigunt, Expergefaciunt.

Vide Tit. Cubiculariorum; Illic Loci, hic Personæ patientis habetur ratio.

Formæ curatores in seipsis, aliiqve. Formæ curatores in seipsis, aliiqve. In genere.

Kocymon etiam probis mulieribus, & viris convenit: kocymon tota sophistica est, quia mentitur id, quod non est, cum prior illa id tantum, quod est, excolat. Propterea kocymon, sive Exornatio, Medicinæ quoque pars quadam existit kocymon verò, sive Fucatoria ars meretricibus, & lenoniis quorum ministri sunt mangones, relinquatur. Consciverant olim mangones bulbo narcisivo vino dulci dissoluto, puerorum venalium barbam remorari, multisque aliis pharmanicis ceterum eorum extergere, & nitidissimam reddere, ut majoris possent venditari. Ab hoc illorum sophistate tota deinde kocymon, nomen obtinuit, ut à Latinis Mangonia diceretur. Mangones hic propter fucos locum habere possunt, quibus formam corporis expoliant. At ratione purgationis, ad xadupoxas artes pertinent. Exempla eorum, qui fucis sunt usi, sub Tit. Cultus corporis allata fuerit. Item Vide Mangones.

BALNEATORES. Vide Balnea. TONSORES. Quare in loco proprio. Undores.

Hic operam, quam ungendo impendunt corpori, perpendimus, proprio, vel alieno. Hanc apud antiquos Balneatores præstare solebant, lavando, fricando, unguendo.

Servius in primum Æneidos, scribit Amarcum puerum fuisse Regis unguentarium, qui calu lapsus dum ferret H unguenta, majorem confusione odorem creavit: unde & optima unguenta amatacina dici coeperunt. Hunc postea in herbam amarcum fuisse convertum, qui dicitur & fampichus.

Comtores. Yvædus dicitur Græcis ancille, que comunt, pectunt & irrigant pilos guttatim, & dicitur Lexadon, à guttis, & asperginibus crebris. Kocymon Pollux, & kocymon, Cometrices, Ornatrices, que dicitur, id est, crinem comunt. Item Kocymon. Varro quinto libro de lingua Latina. Calamistrum, quod bis calefactis in cinere capillis ornatur: quæa ministrabat, à cinere Cinerarius est appellatus. Victorius lib. 6. Var. l. 6. cap. 5.

Cypassis Corinnæ Ovidianæ ferva, de qua sic ille: Comendis in mille modos perfecta capillis, Comere sed solas digna, Cypassis, deas.

Y 4

NUTRIUM.

NUTRIUM. NUTRICES. ALTORES.

COQUI. Quare Locum proprium. CORPORIS CUSTODES. Vide SATELLITES. Deductores.

Ad deducendam e Gallia Magdalenam Caroli VII. Regis F. ab Uladislao Ungarie, & Bohemie Rege splendidissima lega- tio missa fuit. Cupus Princeps fuit Huldricus Patavinus Epi- scopus, & alter quidam ex Hungaria Episcopus, tertius Zden- co Sterenbergius, cui in viaticum XL. millia aurorum adnu- merata fuere, iis additi septingenti equites, uno colore vesti- ti, matronae ac Virgines gemmis, unionibusque exornatae. Quadrigae auratae, atque octoginta equi candidi, & praeterea alia dona, & dante, & accipiente digna, sponfa missa sunt. Ca- terum vix Lutetiam ingressis legatis, tristis de morte regis nunciis supervenit: sic utre infecta domum redire cogeren- tur. Dubravus lib. 29.

Comites. Qui

Seleucus, inter Alexandri successores annumeratus, Asia, Syriaque, ac multis aliis religionibus potitus, obequitanti Alexandro pedibus officium praestare consueverat prius. Ful- gios. lib. 5. cap. 10.

Qui portant, gestant.

Leiticari, servi, qui Leiticam ferunt.

Kabouades, id est Scaluae, per jocum vocari poterunt, qui se divitiis ad quidvis obsequii submitunt, etiam si for- didissimum sit. Sic autem vulgato convicio sunt appellatae mu- lierculae quaedam Cypriae, adulatrices apud Syros, quod Regum uxoris submitterent sese, ut per eas ceu per scalas cursum conscenderent. Meminit Plutarch. in lib. de Disser- adulator ab amico: Athenaeus lib. Dipno. 6. Val. Max. lib. 9. cap. 1.

OPERAE MECHANICAE CIRCA

MORTUUM QUIDEM VEL CORPUS.

CURANT, LAVANT, EFFERUNT, SEPELIUNT. VESPILLONES, POLLINCTORES.

Libitinarii νεκροποιῆται, qui suaverum curam mercede passim ve- cipiebant, a Libitina dea, cujus in aede (ut scribit Acon) constituebantur, qui efferranda corpora conducebant, & su- meribus necessaria praebenda. Hotom. de Verbis juris Horum servi Pollinctores, qui corpus polliniunt, id est, unguunt.

Thefeus victis Thebanis, qui caesorum ad Thebas Argivo- rum cadavera sepeliri prohibuerant, ipsemet ea lavit, phere- trumque fubiens, ad tumulum deportata sepelivit. Itaque pul- chre Chorus apud Eurip. in Supplicib. de Theseo inquit:

δουρὸν μὲν τὸ βασάνημα, καὶ ἀγχιώλου φέρον. αἰδ' ἀβρῶν ἀνδράποισι, σάβηνον κατὰ.

Molesta quidem bajulatio, & turpitudinem habens. Sed quid turpia sunt hominibus turpia mala?

Tuschos memorant Atheniensium filias, ac conjuges ex Braurone rapuisse, quo tempore Lemnum, & Imbrum inside- bant: inde cycchos, Laconiam petisse, ibique cum feminis in- digenis consuetudinem usque ad sobolis procreationem ha- buisse. Iterum ex suspitione, & querela excedere Laconia compulsos, cum liberis, & conjugibus Cretam applicuisse.

D Poli, & fratre ejus ducibus. Ibi dum bellum cum regionis incolis gererent, multos, qui in consiliis ceciderant, hu- mare praetermississe: primum quod bello districti essent, & periculo, postea quod tabida longa die cadavera marcida at- tingere declinarent. At Polim commentum certos honores, praerogativa, & immunitates, tribuisse ea partim sacerdotibus Deorum immortalium, partim illis, qui sepultura affecterant defunctos, ac consecrasse eos Diis inferis, quo permanenter sacrosancti. Inde ducta cum fratre forte nuncupatos illos sacerdotis fuisse, hos Catacaustas, id est, pollinctores. Vivere autem eos seorsim, habereque inter caetera beneficia injuriam securitatem, quas inferre caeteri Cretenfes invicem solent, rapientes furtim, & pradantes. Illos enim nulla injuria afficere, aut furari quicquam, aut eripere. Plut. in quaest. Graecis.

Pollinctor quidam Aegyptius cum cadavere mortuo con- cumbit. Vide Tit. Sepultura.

Conopion vespillo, qui cadaver Phocionis, in carcere cicutu necati, pretio conductus ultra Eleufinem deportavit, & igne apud Megarem quemdam accenso cremavit. Plut. in Phocione.

Diavlus vespillo ad Martialem, lib. 1. Epigrammat. medi- cus primò imperitus:

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diavlus, Quod vespillo facit, fecerat & medicus.

CUSTODIUNT.

Apulejus narrat, cum Larissam Thessaliae advenisset, sex aureos lucratum esse ex nocturna corporis unius custodia, eò quod Sage (per quasilla regio famosa effecta est) nisi certa custodia adhiberetur, veniebant intrò quacunq; forma, & ossium tenus circumdabant corpora. Bodin. lib. 4. Dæmonia- nania cap. 5.

OPERAE MECHANICAE IN HOMINEM

A GENTES illi incommodando.

Huc illi, qui Homines

PERSEQUUNTUR, Venantur.

Latrunculator, necodivans qui latronibus persequendis, & supplicio afficiendis praest.

Hecate Perfi filia, Solis neptis, savissima venatrix, ho- mines pro feris solita confingere, speculis aconito tinctis, cu- jus usum ipsa invenit. L. Vives in lib. 18. Aug. de Civ. Dei, cap. 17.

Perfarum nauticae copiae, parta victoria navali contra Jo- nes circa Miletum hybernantes, altero à profecione anno haud difficile insulas continentes adjacentes ceperunt, Chium, Lesbum, Tenedum: quarum insularum ut quan- que capiebant, everticabant hunc in modum: Viti ma- num mutuo tangentes, à mari aequalitari ad australe per- tranfibant, totaque insulam peragrabant, venando ho- mines. Herod. lib. 6.

VINCIUNT LICTORES.

Vide Locum de Licitoribus.

Darius Perfarum Rex ultimus, etiam licitorum functus di- citur munere. Caellus lib. 21. cap. 38. A. L.

Cum Annibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & alioque pugnis Rom. vicisset: primi totius Italiae Brutii ad Annibalem desciverunt. Id Romni agrè passim, postquam Annibal Italia decessit, superatque Pœni sunt, Brutios ignominiae causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant: sed magis- tratribus in provinciis euntibus parere, & ministrare ferro- rum vice jufferunt. Itaque qui sequebantur magistratibus, tan- quam scenicis fabulis, qui dicebantur Lotarii, & quot erant iusti, vinciebant, aut verberabant. Quot autem ex Bruti- iserant, appellati sunt Brutiani Gel. lib. 10. cap. 3. Corru- pta voce hodie apparitores, & lictores in Italia Brutii, & Sbirri dicuntur. Fulg. l. 9. c. 10.

Orbilus Pupillus Beneventanus, Grammaticus celebris, primò appariturum fecit magistratibus: deinde miles fuit: postremo ad studia rediit. Suet. de illust. Gram.

CUSTODIUNT.

Phylactæ certus magistratus apud Cumanos fuit. Eum qui obtinebat, hic per reliquum tempus custodiebat carcerem: sed Senatium in concilio nocturno ingrediebatur, ac Reges manu educebat, detinebatque, dum de iis, male meriti nec ne essent, cognoscebat Senatus, in oculo sententiam di- cens. Plut. in quaest. Graecis.

CARNIFICES. Vide locum proprium de Licitoribus, & Carnificibus.

Sequens Tit. illustriari, & augeri poterit ex Locis illa- rum rerum, circa quae operae mechanicae exercentur.

MECHANICAE OPERAE VICARIAE

PRO HOMINE A GENTES ea, quae ab

illo fieri debebant, Quo ad

ANIMUM, QUI PRO ALIO

LOQUUNTUR. Huc

Legati.

A Sexto memoriae proditum est, Sosthratum, doctum, & acutum virum, cum missus foret à Prolemao ad Antigonem, ut rem, si posset, regi illi suo accommodatam, ab eo extorque- ret, negante ipso, obtinuisse, quod volabat, statim histantium Homericæ Iridis verbis pronuntiatis:

Ὀϊσὸν δὲ κίερα γαυροῦ καὶ χυμνοῦ χαλκῆν, αἰδὲ φῆσθαι δὲ μῦθον ἀντιφάσιον κροατοῦντα, ἢ αὖ κροατοῦντα, ἔρπονται μὲν δὲ φῆσθαι ἰσθλῶν. Auditis enim illis consilium mutasse Antigonem, ut etiam Neptunus, cum iustus ab Iride discedere subitò è praelio parere nollet,

CAUSIDICI.

Peto ex Loco de Advocatis. Interpretes.

Vide Theologi in Loco de Theologia. De his in praeced. respectu Hominis, quem interpretat. Sua instrunt. Hic de eisdem respectu Hominis, pro quo opera ista funguntur.

SCRIBUNT, AMANUENSES, SCRIBÆ,

NOTARII

Sacrorum hominum.

Saphan Asalia F. scriba templi Domini sub Josia Rege, qui librum legis ab Helcia Pontifice acceptum Regi praelegit, 4. Reg. cap. 22.

Sareas, Dabrias, Selemias, Echanus, & Asiel, scri- bae celeberrimi, qui sacros libros, Eldra dictante, excep- erunt. 4. Esd. c. 14.

Baruc Neria F. scriba fuit Hieremie Prophetae, dum ille in carcere esset, & verba ex ore illius excepta coram populo re- citavit. Hieron. 36.

Ambrosius cum Originem ad commentandas sacras literas impulisset, suis sumptibus septem ei Notarios, & totidem Puellas scribendi peritas adjunxit, qui invicem sibi per horas succederent. Euseb. l. 6. in Suidas.

Athanasius ille Magnus, Alexandri Alexandriae Episcopi Amanuensis fuit. Sozem. l. 2. c. 17.

Paulus D. Cypriani notarius, quem Romæ se vidisse D. Hieron. affirmat.

Proclus D. Joan. Chrysofomi, Episcopi Constantipo- litani lector, & amanuensis: mox etiam Antici Episco- pi, qui secundus à Joanne fuit, scriba, tandem quintus à Chrysofomo Episcopus Constantiopolitani. fuit creatus, pastor bonus, eloquens, & eruditus. Zonaras, & Niceph. l. 14. c. 37.

Selenas Ulphile Gothorum Episcopi (qui literas Go- thicas primus invenit, & Biblia Gothice vertit) ama- nuensis successit Ulphile sub Valente Imp. I. in Episco- patu. Socrat. lib. 5. cap. 33.

Regum, Principum, ab Archivio, ab Epistolis, à Libellis.

Davidis Regis scriba fuit Sarajas. Lib. 2. Reg. c. 18.

Siva scriba fuit Davidis Regis. 2. Reg. 20.

Joa Asaph F. a commentariis fuit Ezechiae Regi Judaeorum. 4. Reg. 14.

Mzandrius Mzandrii F. scriba Polyeratis Samiorum tyran- ni, & ab eo ad exploranda Oræcis Sardium praefecti consilia missus. Herodotus.

Eumenes Cardanes admodum adolescens ad amicitiam accessit Philippi Amynthæ filii: brevique tempore in in- timam pervenit familiaritatem. Fulgebant enim jam in ado- lescentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum, scribæ loco: quod multo apud Graecos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud hos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur: at apud illos contrariò, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita: quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitia apud Philip- pum annos septem. Ab hujus excessu, quod nec prudentia nec fide ulli esset ex Alexandri amicis secundus, scribarum princeps quidem per annos tredecim appellabatur, sed in pari erat dignatione, ac praecipui ejus amici, vel familiares: ut etiam Dux in India solus cum exercitu mitteretur, & in Pro- vinciam Perdicæ succederet: cum defuncto Ephastione Perdicæ esset ad illius provinciam provectus. Unde H. cum secundum fata Alexandri armigerorum Princeps Neo- ptolemus cum clypeo se, & hasta, Eumenem cum stylo, & tabellis jactaret Alexandrum secutum: deriserunt eum Macedones, quod praeter honores hunc affinitatis quoque necessitudine fuisset Rex dignatus. Siquidem Barthes Ar- tabazi filiz, quam in Asia Alexander primam cognovit, ex qua filium suscepit Herculem, alteram sororem Apamam Ptolemeo, Eumeni Barthesin collocavit: quo tempore cae- teras quoque Perdidas distribuit, & amicis in matrimonium col- locavit. Plut. in Eumene, & Probis.

Magistri libellorum, qui supplices libellos à privatim oblatos tractabant: quo in honore fuisse Papinianum apud Imp. Severum licet cognoscere ex lib. rescriptum, 12. ff. de distr. pign. Libellos, inquit Typhoninus, agente Papiniano, Hotoman. de Verbis juris.

nollet, & elato animo respondisset: ipsa illis verbis ita verfa- vit animum ipsius, ut procius dicto audicns Jovi fuerit. Vistorius l. 34. Var. lect. c. 18.

Hyperidas legatus ad Rhodios fuit. Eò cum adessent ab Antipatro quoque legati, qui Antipatrum ut benignum cele- brarent, occurrentes esse: Novi, inquit, benignum esse: verum nos ne benignum quidem querimus Dominum. Plutarchus in vita Hyperidii.

Philippides Atheniensis Lacedaemonem legatus missus de Perfarum in Graeciam irruptione, domum rediens, cunctationemque Lacedaemoniorum inculans (qui exercitum edu- cere ante plenilunium volebat) in Parthenio saltu Pana obvium habuit, quise Atheniensibus in pugna ad Maratho- nem praesto futurum pollicitus fuit. Ex eo nuncio Deo Athen- nis honores haberi cepti.

Megacles Messenius, ejus Messanae, quae in Sicilia est, Agathocli Syracusiorum tyranno rebus omnibus adverfa- batur, multoque Siciliensibus contra eum concitabatur, qui eum de medio sustulissent, amplissima munera promit- tens. Agathocles irritatus, Messanam oppugnare parabat, missoque praecone, Megaclem à civibus exposcebat. Me- gacles ultro se ad tradendum tyranno obtulit, si legatus mitteretur. Decerentibus hæc Messeniis, accedens in ca- stra Agathocles. Ego verò, inquit, & legatus civitatis no- mine venio, & moriturus. Sed ante de legatione cum amicis audias. Cum Agathocles amicos convocasset, in horum consensu Megacles patrie jura percerens, ad extremum in- quit: Si ad escindendas Syracusas expeditionem Messenii sus- cepissent, utrum pro Syracusis, an pro Messeniis omnia fa- ceres? Cum ad hanc interrogationem subridere Agathocles, amici qui praesto erant, eum hortabantur, legato verba fa- cienti parceret. Ille deposito bello, Megaclem salvum, & incolentem domum remisit, amicitiamque cum Messeniis fecit. Pihen. l. 5.

Herfilia consilio, quo Romulo nupsit, vel, ut alii ajunt, Hostilio, Sabine praemium dimerunt, & patres maritis conciliantur. Eiusque consilio inter Sabinas agitatum fer- runt, virorum permittit, ad Tatium Regem, & parentes, aliquot feminas, qui suis populatibus mitterent, quae suppliciter de pace cum his agerent. Missas itaque tri- ginta numero Matronas, à quarum nominibus sunt toti- dem in urbe Curiae nominatae. Alii quingentas habent. Sab. l. 3. En. 2.

Anno Mauritii XIII. cum Cajanus Avarum, & Hunno- rum, & Selavinorum Rex Thraciam infestaret, Priscus Mauri- tii Dux, cum non posset armis frangere, oratione flexit Barbarum. Misit enim Theodorum medicum, qui hac oratione eum compellavit: Audi, Cajane. Sestostris Rex Aegyptiorum illustris, & felix, opibus clatus, & inexpu- gnabili potentia plurimas, & ingentes nationes servituti subigens, hoc encomio clatus currum aureum preciosissi- mis gemmis ornatum sibi construxit: cui insidens, quatuor regibus devictis, planstra fubeuntibus ceteri passus est. Hoc verò cum sapius fieret, & celebri quodam, festoque die, ex quatuor istis regibus unus oculus conversis continè re- trospiceret, & rota volubilitatem intueretur: Sestostrisque eum, Cujus rei gratia tam frequenter oculos in rotam conii- ceret? percontaretur: respondisse is fertur: Cum stupore admiror rotam, cum eam instabili modo ferri, atque aliàs aliter volvi, & nunc quidem lubrissima demittentem, rursus demissa sublimantem conspicio. Sestostris ergo ubi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac currum traheret. His au- ditis, Cajanus subridit, & respondit, se potè deliberaturum. Paul. Diac. de Reb. Rom. l. 17. Niceph. l. 18. c. 29. At Cedren. Soldano, qui ab Imp. Ludovico captus fuit Capuae, hoc tri- but. Alii Cyro Perfarum Regi.

Attalia Italiam vastante, Valentinian. III. de pace legatus ad eum missus Leonem Pontificem, hominem non majestate so- lum, sed etiam aetate venerabilem, ut quacunq; conditione posset, Attalam non solum à progressionem averteret, sed etiam ad Italiam primo quoque tempore relinquendam impelleret. Ille comitatu honestissimo sumpto, quam maximam potuit ad eum celeritate contendit, & nactusque ipsum ad Mincium, ut proxime, confidentem, se venisse à Valentiniano legatum ostendit: hominemque ferum, atque ab omni religione aver- sum, gravi divine justitiae commemoratione adeo permulsi- t, ut ipsum promissio annuo tributo à vastitate Italiae, & Romae direptione averterit. Sigon. l. 13. Imp. occid.

Vide Locum de Legatis.

Nymphidiano Smyrno, Maximi philofophi fratri, Imperialis interpretis munus commiffit Julianus Imp. distans epistolis, quae Graeca lingua contenda forent, praeficiens, Eunap. in eius vita.

Joan. Damascenus Hebraeus, captus in littore maris a pyratibus Saracenis, & a Theodofio Imp. redemptus: cum in suspensione proditionis venisset, dextera ei ablata est (receptus enim in epistolarum magistrum a Theodofio) Verum postquam deprehensus fuit, qui literas proditorias stylo Damasceni probe expresserat, in honorem apud Imperatorem fuit. Volat. l. 16. Anthrop.

Mauricius natione Cappadox, initio scriba Iustini secundi, postea comes Praetorianorum, tertio exercitus Dux contra Persas, tandem ann. Christi 583. a Tiberio fecore de sententia Sophiae Imp. designatur: pietate, prudentia, fortitudine, clementia, liberalitate, & aliis virtutibus excellens. Evagr. l. 3. c. 19. & l. 6. c. 1. Paul. Diac. & Palmarius.

A simili officio ad imperium Theodofius III. in Oriente confcedit, Adramytreus genere publicanorum enim scriba fuerat. Fulg. l. 6. c. 10.

Paulus Diaconus, historicus, & Poeta, primum Aquilejae B diaconus, mox Desiderio Longobardorum Regi ab epistolis, & secretis. Captus cum Desiderio in Gallias a Carolo Magno perductus, postea in insulas Diomedea relegatus est. Profugit ad Arachin Desiderii generum. Mortuo postea Arache, Cassinensis monachus factus est. Vixit anno Christi 780. Gyraldus.

Joanninus Carazolus Rofeus, ignobili gente ortus, cum in aula Joannae secundae reginae Neapolitanae amanuensis esset, in eius flammis Joanna incidit, & primum Avelinii comitatu, postea uxoris dotis nomine, cum donavit: postea ad Melphitensem quoque ducatum, atque ad magnum Conestabulum exulavit. Ceterum, qui finis esse solet infandi amoris, ab ipsa regina tandem crudeliter opibus, honoribusque spoliatus, ac caesus fuit. Fulg. l. 6. c. 11.

Luitardus epistolarum apud Carolum III. Imp. magister, a Suevoorum proceribus stupri infimulatus, quod familiaris, quam domus Caesarea majestas postuleret, cum Augusta viveret, dignitate motus, in Italiam abiit. Aven. l. 4. Republicae.

Cn. Flavius, patre Antio libertino natus, scriba fuit publicus. Eum cum prima tribus adilem curulem renuntiassent, & adilis alter, qui comitia habebat, scribam eo honore donari non posse diceret: Flavius tabulas posuit, & scribae officio sese abdicavit: itaque adilis curulis factus est. Hic cum collegam agrorum inviseret, & adolentes nobiles, qui aderant ei nec assurgere, nec locum dare velent, tanquam homini novo, Flavius ardens, sellam sibi curulem afferri jussit, eamque in limine apposuit, ne quis illorum exire posset, utque ii omnes, vel invitum in sella curuli sedentes viderent. Gellius l. 6. c. 9. ex l. 3. Annal. L. Pisonis recitat.

Bononiensis erat notarius Quidam, ad quem cum duo accessissent contractus venditionis inter eos consuecendi gratia, atque ille sumpto calamo scribere incipiens, quassisset eorum nomina, & alter Joannes, Philippus alter sibi nomen esse dixisset, respondit e vestigio notarius: Id instrumentum (ita enim appellat) conscribere non posse. Quarantibus illis causam: Nisi, inquit, venditor Conradus, emptor vero Ticius vocetur (haec enim sola nomina in formulis suis didicerat) rogari, aut jure consistere hic contractus nequit. Cum vero e nomina mutare non posse dicerent, ille in sententia perstare, quoniam ita formulae suae continerent, homines missos fecit, cum non auderent nomina immutare. Abierunt illi ad alium, relicto homine in sulco, qui se crimen falsi subire existimavit, si scripta in formulis suis nomina commutasset. Pog. in Facetiis.

Doctorem hominum. De Afro Demetrio, Martial. Epigram. l. 1. Illa manus quondam studiorum fidem eorum, Et felix Domino, notaque Caesaribus. Desinit primos virides Demetrius annos, Quartam tribus lustris addita messis erat. Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras, Uteret implicatum cum seclerata luctu. Cavimus: & Domini jus omne remissum agro: Munere dignus erat convalluisse meo. Sensit deficientis sua praemia, meque patronum Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

Ister scriba, & servus fuit Callimachi, Poeta clarissimi, Cyrenaeus, qui permuta scripsit carmine, & profa. Cy. B. valdus 3. Dial. hist. Poet.

ADMINISTRANT. Boethi in l. ult. de Tabular. lib. Codic. 10. Bonos, alibi Adiatores appellantur, qui officialibus, vel morbo, vel negotiorum magnitudine impeditis additis, laborem illorum sublevarant. l. 3. Cod. de divers. offic. l. 10. C. de numerat. Honorum, de Verbis juris.

RATIONES SUBEUNT. Dispensatores, servi, qui rationes Domini administrant. Item Chartularii, qui largitionales titulos retrahant. l. 3. C. de non largit. id est, qui chartas, & codices trahebant eorum expensionum, quae privato principis avarii illatae, magna ex parte in largitiones infundebantur. Hotoman. de Verbis juris. Item Calculatores, dia-logoi, qui suas operas in rationibus subducendis locabant.

EXPLORANT. Cum Israelite in solitudine Pharan essent, iussu Domini missi sunt exploratores, in singulis tribubus singuli, iique primores, qui Chananaeam explorarent. Hi 40. diebus terram explorarunt: & uvaram palmitem unam abfcederunt, cumque duro palo impositum tulerunt, nec non malograna, & ficus. Et ceteri quidem omnes dehortabantur populum a terra invadenda, & timore terrae, Israelitis ut in Aegyptum redirent, suadebant. At Caleb de tribu Juda, Jephonti F. & Josue F. Num (qui cum pritis Hofeas diceretur, a Moysse cum ceteris emulso, Josue fuit appellatus) ex tribu Ephraim, veritatem retulerunt, & terram invadendam esse ductu Domini asseruerunt. Quapropter reliqui omnes perierunt, sicut Caleb, & Josue in terram promissam ingressi sunt. Num. 13.

Polyas Anticyrensis speculator Graecorum apud Artemisium, ut renuncietur iis, qui ad Thermopylas erant, quid cum classe ageretur. Et vicissim Abronychus Lycis F. Atheniensis speculator apud Leonidam ad Thermopylas, qui nunciaret classi, quid cum terrestri exercitu ageretur. Herodot. l. 8.

Q. Sertorius speculator in castra Cimbrorum a Mario missus. Vide Tit. Duces, Reges, Imperatores fortes.

LUAGENT, LAMENTANTUR. Praefica dicebantur mulieres in hoc conductae, ut in funere lamentarentur, ac defuncti laudes praedicarent, aliisque plorandi modum praerent: unde & praefica dicitur, quasi praefecta. Ab his locus sumitur in eos, qui simulant amorem, aut dolores, cum iocis causa faciunt, quicquid faciunt. Lucilius citante Nonio:

Mercede quoque conductae stent alieno in funere praeficae, Multos & capillos scindunt, & clamant magis. Id imitatus est. Horat. De quo conductae plorant in funere, dicunt Et faciunt prope plura dolentibus ex animo, Plautus apud Nonium in Fricularia: Superavere omnes arguunt praeficas. Erasmus. in Adag.

CORPUS, QUI PRO ALIO GUSTANT. Pragustatores. De bis supra sub Tit. Vincernarum. Illic ut Offerunt potum, hic ut Degustant.

AMBULANT. Viatores appellantur, qui magistratibus apparent: eo quia initio omnium tribuum, cum agrum in propinquum trant. H. bis, atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam urbe: quod ex agris plerumque homines vocabantur a magistratibus, & frequentes eorum erat ab agris ad urbem via. Hotom. de Verbis juris, et Pesto. Romanis Pesto, & Lucaei ab initum cum Hannibale sobrietatem, pro militari officio, viatorum, & tabellariorum operas praebere. Alex. l. 6. c. 22.

FERUNT. PUTA. Arma, Armigeri. Darius Hytaspis filius, Cyri pharetophorus fuit. Aelian. l. 12. Herodot. l. 3. cum Cambyses satellitem facit. Literas, Tabellarii.

Vide sub Forma, Opera, & vicia, Dione in Siciliam ad opprimendum Dionysium veniente, Democrates, cui Dionys. Iorem suam Areta locaverat matrimonio (tuerat Areta Dionis conjux) audito hostium adventu, ad Dionys.

Dionysium in Sicilia expeditissimum Nuncium cum literis mittit. Qui, cum in Italiam trajecisset, atque Caulonium ad Dionysium tenderet, labore victus paululum se quieti dedit. Interim lupus odore carnis secutus, quam ille ab hospite quodam inter eundem dono acceptam facculo incluserat, dormientem loculum cum carne, & literis abstulit. Expectatus tabellarius cum aliquandiu literas fatis requisivisset, veritus ad tyrannum accedere, ex itinere aversus, in exilium abiit. Aequata accidit, ut Dionysius, quae in Sicilia fiebant, tardius reciverit. Sab. l. 3. En. 4.

CONCUMBUNT. Coadutores matrimonii apud Lituanos olim, veri scilicet. Eunuchi, & sones & pueri Aeneas Sylv. Opera haec, quam praestant alii quadrantes, Mechanica videtur non esse.

FORTUNAS, SIC ALTERIUS OPES Tuentur, Tutores.

Chabria Atheniensis filius Iux Cresippus, adeo degener, ut per sepe Phocionem eius tutorem, virum alioquin patientissimum, & vicerit Cresippi dicere coegerit: Ea, quae ob Cresippi stolidam mentem praestabat, ad referendam cumulate pro acceptis a Chabria meritis gratiam abunde sufficere. Fulg. lib. 3. cap. 5.

HOSTES SUSTINENT, SIVE IN Bello Milites mercenarii.

Juvenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is cum ademeretur, ut missionem peteret, seque a militia abdicaret, negavit se facturum, his quidem verbis: Eius usque, suadens usque.

Significans se commodissime vivere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia passeretur. Huc alludit Horatius, cum in Epistolis sub Antipatri persona sic ait: Regius hoc, & Erasmus.

Erasmus. in Adag. Strabo l. 6. c. 14. scribit Colophonios olim cum navalibus copiis abundasse, tum equitibus usque adeo praecelluisse, ut ubique gentium bellum geteretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilium profligaretur. Atque inde vulgo natum proverbium, καλοποιον τριτων, id est, C. Colophonem addidit. Ex Diogeniano, & Pesto Erasmus.

Pelagos gentem vetustissimam per universam Graeciam, praefertim apud Aethicam Thesaliæ excelluisse, cuncti ferme consentiunt. Eos originem ab Arcadiis ducentes, vitam militarem delegisse, auctor est Eporus. Ad quam vitam institutionem cum per multos converterissent, idem nomen omnibus impertinere. Unde & apud Graecos, & apud alios, quoscumque adisse conigit, ingentem consecuti sunt gloriam. Rerum Articularum scriptores de Pelagis tradidere, Athenis fuisse Pelagos, qui cum infans avium, quo fors vocaret, huc atque illuc errabundi commearent, pro Pelagis Pelagos, id est, cicinias vocatos fuisse ab Atheniensibus. Strab. l. 5.

Carum populus, ut auctor est Mela, incertae originis, ut quos alii vocant, id est, indigenas, nonnulli Pelagos, alii Cureses existimant: gens utque adeo armorum, pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercede conducti soliti sunt agere. Unde Theocritus in Encom. Ptolemaei: Βελανδικοσ οιδις Καριβος. id est, Bellandique avidis Caribus.

D. Iliquo fuisse ingenio, & ad quidvis matorum ferendum paratos, mercede proposita. Id quod indicat & Aristophanes in Avibus, Εὐδὸς δὸς ἰσὶ ἄλλοις, id est: Quod si servus est, & Car. Strab. l. Geograph. 14. narrat, Caretota quondam errasse Graecia, passimque stipendia meruisse. Ceterum in rebus bellicis usque adeo praecelluisse, ut passim apud Poetas arma bellica Carica nominentur, quemadmodum Anaxiam alium Isthm. in Avibus, Oraculum Amasi datum de Auxilio gallinacorum, hoc est, Carum, in galeis gallos fecerunt: & Artoveres Cari interfectores Cyri fratris aureum Caris praefertendi in acie potestatem fecit. Suidas scribit, Caras primos moralium mercede militasse, ut qui vitam suam velle haberent. Hos igitur, qui condueverant, primos in acie collocare consueverant, ut primos hostium impetus suo exciperent periculo: aut ubi fortuna belli difficillima videretur,

illic obiciebantur. Persa sua lingua καπὸς αἰῶνος appellabant, qui rapto viverent. Hinc proverbium. Εὐκαπὸς τὸν καπὸν ἰδὼν, id est: In Care periculum: hoc est, in homine, aut re viliori, fac periculosam experientiam, in qua, si parum felicit cesserit, non multum sit dispendii capiendum. Plato καπὸς αἰῶνος, id est, Caricum homuncionem dixit, pro vili, nihilique, Erasmus in Adagis.

Mercenarium militem volebat Iphicrates Atheniensis avaram, & voluptuarium esse: quo libidinibus quatenus sufficere sumptum, certare audacius. Plut. in Galba. Livius in Pericles, id est, Siculus miles, in peregrinum, ac mercenarium militem proverbiali loco dicebatur, propterea quod Siculi temporibus Hieronis peregrino milite plerumque uterentur, auctore Zenodoro. Erasmus.

Laborante rei pecuniariae difficultate Sparta, quod milite mercenario ad bellum uteretur, Agefilas in Aegyptum perrexit, accitus proposita mercede ab Iacho rege Aegyptiorum. Ceterum ob vestis simplicitatem fuit incolis contemptus, expectabant enim regem Sparta, sicut Persarum, spectaturos se corpore excultum eximie, qui opinionem de regibus pravam praeraperant. His demonstravit ille deinceps, majestatem, & dignationem prudentia, & virtute comparandam. Plutarch. in Apopht.

Ptolemæus primus Aegypti Rex factus, Lagi gregarii militis filius fuit.

Cesar scribit l. 3. eos, qui opibus inter Gallos valebant, multos habuisse devotos, quos secum in bellum ducerent, Soldanos sua lingua nuncupatos: quorum haec erat conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his frueretur, quorum se amicitia dedissent: quod si quid iis per vim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi conscirent.

D. Martius, cum esset annorum duodeviginti, ad baptismum convolvit. Nec sitam militiam renuncians, Tribuni sui precibus evictus, qui & statim transacto tribunatus sui tempore, renunciatum se feculo pollicebatur. Qua Martius expectatione suspensus, pro biennio ferè, posteaquam est baptismum consecutus, solo scilicet nomine militavit. Sulpit.

Monomachia. Propugnatores. Consul Tit. Monomachia, Duelli. Apud Luisprand. lib. Hist. 3. c. 13. Rex Italiae Hugo, a fratre cui interdixerat, ne se amplius fratrem appellaret, duello provocatus Adolefcentem pro se pugnatorem dedit.

MECHANICAE OPERAE VICARIAE, PRO HOMINE ALIO PATIENTES, id, quod ipse pati debebat.

QUOD CORPUS.

Huc qui pro alio inebriari, Flagellari, Spoliari sustinent. Sed qui morte sua aliorum vitam redimunt, ex practico fidei habitu operam, quam quis crastore minerva mechanicam appellare queat, praestant. De quibus ex loco Fidei quaedam exempla petat, imprimis servorum erga Dominos.

FORTUNAS. PRO ALIO OBSIDEM FIERI. Hic opera vicariae habetur ratio. Ipsos Obsides sub Servitutis loco.

Moscorum princeps, quos exercitibus, aut praediis praeficit, aut ulli omnino muneri adhibet, eorum conjuges, liberos, propinquos, & quae charissima quisque habet, obsidum loco semper retinet: in eosque omnia cruciatum exempla edit, si quis illorum ab eo delicerit, aut si qua res non ad nutum, aut voluntatem ejus facta sit. Rein. Heibensenus l. 1. Bel. Moscov.

CARCERES SUBIRE. Ex Tit. Carcerum hac quaedam exempla referenda. H. MECHANICAE OPERAE CIRCA HOMINEM.

CONSIDERATUM RESPECTU HABITUS, Sic operam locant Habitui PRACTICO. NEMPE MAGISTRATUI. Apparitores, Lictores, Carnifices. De quibus supra quoque egimus, sed alio respectu. IMPURIS: LENONES, LENAE. De bis itidem sub loco Intemperantiae veteres. MECHANICO, PUTA. AGRICOLIS.

Monitores, servi di colono praefecti, ut operariorum, veluti vinitorum, & aratorum, turbam obreantes, unumquemque moeant, & segniore cessigant. Hotoman. de Verbis juris.

VENATORIBUS.
A Dux Carinthie venator Imperii, ad quem licet venatorum omnium deferbantur. Vocatus in iudicium coram Imp. non nisi Selavica lingua respondebat. Aeneas Syl. de Europa.

EDIFICANTIBUS.
Celer praefectus opis in edificanda Roma, ex Ovid. l. 4. Fa- storum motus:
Hic Celer urget opus, quem Romulus ipse vocat:
Sintque Celercura, dixerat, ista tace.
Ne quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transseat: audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Cepit, & His populus dicere tutus erit?
Nec mora, transfuit: retro Celer occupat ausum,
Ille premit duram sanguinolentus humum.

TEXTORIBUS.
Lanipendia, qua lanearum vestium sextoribus lanam pendit, ac distribuit.

NAUTIS.

Plutarchus in Themistocle ait, Ariomenem Xerxis fuisse navyarchum.

COQUIS.

Obsonatores servi, qui coemendis obsonis sunt praefecti. Hotoman. de Verbis juris.
Agefilus, Spartatorum Rex, Lylandrum in Asiam secum confiliarium duxit. Ceterum videns eum apud Jones in ma- jore esse gratia, invidia, & ambitione flagrans ab omnibus con- sultationibus eum removit, & dividendarum carniun munus eiimposuit. Plur. in Lylandro.

VESTIARIIS.
Circitores, quasi Circitores, quibus vestiarum, vel linearum curam, vellem circumferendam, & distrabendam.

OPERAE MECHANICAE ACQUISITRICES ANIMALIUM.
VENATORIAE artes.

Vide Venatio.

OPERAE MECHANICAE RERUM NATURALIUM quarumlibet acquiritrices. Huc referendi, qui venantur, acquirunt

CARNES QUASVIS.

Aquila omnes curam erga pullos maximam gerant, pisces, aves, lepores eis in escam afferendo. Quod cum considerant Spectentales venatores, nidos ascendunt, alvosque pullorum ligaculo stringunt, ut comedendi incurat impedimentum. Solliciti itaque parentes, erga sobolem agritudine liberandam, omnia genera ferarum in caelo, terra, marique reperia, in nidos important, ut diverso medicamine, uno vel altero modo suscepto, sanentur. Congeritur in hanc rem maxima escarum copia, quam aucupes extrahunt, comeduntque, vel vendunt. Nec sterili quaestu id accidere solet: nam aliquando lepores, gallos sylvestres, anseres, anates, lucios, & pisces magno, plurimum floreum aestimatione inveniunt, inventosque domesticis ci- bus apponunt, vel magno precio vendunt. De eo constat, aucu- pem unum quandoque plus duorum pullorum proventu lucrari, quam colopum aliquem praedii bis. Ne tamen pulli hujusmodi fame pereant, alvum solvunt, animamque in famelic corpore pendenti appositos cibos permittunt, iterumque constringunt, quam diu id natura concedit. Est namque aquila ad eo generosi animi, ut pullos proprios nunquam relin- quat, antequam sibi ipsis enutriendis sufficiant: nec eis putri- das escas apponit, sed recentes. Olaus l. 9. c. Sept. reg.

CEREALIA, LEGUMINA.

Ligna, LIGNATORES.
Adoniam XXX. millibus hominum a Salomone Rege pge- fectus fuit, qui materiam cedrinam, & pineam in Libano monte caederent, ita ut singulis mensibus x. milia opus fa- cerent. 3. Reg. 5.

Cata Melata puer lignatorum a patre rus missus, amissa falce lignaria, patris iram metuens, praeteritum fecutus est mi- licem, & hoc fortune momento in clarissimum ducem evasit. Egnat. l. 6. c. 9.

THUS.
Thuriferas arbores observant colubri subalati; caiguco coe- pte, discolori specie permagno numero circa singulas arbo- res, inden videlicet, qui adversus Aegyptum quotannis facty exercitu tendunt, & ab ibidibus devorantur, alioqui Aeg- yptum perderent. Nec ullo alio ab arboribus, quam storacis fumo, ab Arabibus subtrahuntur. Herod. l. 3.

AROMATA.
Casiam in Arabia custodiunt volucres quaedam Arabes igi- tur postquam sibi eum ceterum corpus, tum faciem praeter oculos obligaverunt coris, alisque, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam & in aqua degunt, fe- re alata, vesperilionibus simillima, stridore diro, & viribus pravalentibus, quas ab oculis accentes Arabes, sic casiam me- tunt. Herod. l. 3.

Quo modo, aut qua in terra cinnamomum gignatur, Ara- bes nequeunt dicere: nisi quod quidam volunt id gigni in his regionibus ubi Dionysius educatus est: & ipsas cinnamomi fe- fteas afferi a grandibus quibusdam alitibus ad nidos, & luto constructos, in praeceptis montium, & homini inaccessis. Con- tra quas aves hoc Arabes expogitaverunt. Buum, a finorum- que defectuorum, & aliorum jumentorum membra minutim concisa, in ea loca portant: & ubi iuxta nidos posuere, spiculis abscedunt. Ad hac frustra delapsa volucres, ad nidos suos carnem comitant: cuius sumenda imparis nili, ad terram discissi labuntur. Tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Idem Plinius haec tanquam fabulosa irridet.

LAPIDES, LATOMI, QUI Lapides caidunt.

Ex Tit. Servitius quoad loca, eorum de sumis exempli, qui in Latomas ad opus faciendum detrahi suere.

Cadmus lapidicinus Thebis, vel in Phoenice, ut Theophras- tus ait, reperit. Plin. l. 7. c. 56.
Salomon Rex ad templum Domino construendum habuit xxx. milia Peregrinorum in Juda habitantium, qui lapides in montibus exciderent. 2. Paral. 2.
Clemens Roman. Pontifex, a Trajano Casare exilio multatus est in insulam, ubi duo milia Christianorum offendit, ad marmora damoatorum. Volat. l. 22. Antrop.

METALLA, Sive id fiat INDAGANDO.

De Metallariis apud Athenienses, venusse dicit Phalereus Demetrius, & in polis suis & in insulis, & in caeteris ad idem opus, & in his quibusdam locis, id est, Quod frequenter certis consumptis incertorum gratia, qua fe captu- ros sperabant, non ceperunt, qua vero habebant, abjecerunt. Erasim. in Adag.

Metallae inventioni prudentia potissimum metallarii, ex philosophia naturali petita, inferunt, sed, & quod multi volent virgula divina furcata, quam alii ajunt in venis inveniendis sibi maximo usui esse, alii negant. Qui traditionem, & usum virgulae probant, eorum alii primo furcam cultro refecant columam, quam praeter ceteris ad venas quendas idoneam esse censent, praeteritum in corylus supra venam aliquam cre- vit: alii pro varietate metalli diversis virgulis utuntur, cu- ryli ad venas argente: fraxini ad aris: piceastris ad plum- bi, maxime candidi: vir ferro vel acie ferri factis, aut aut, deinde utraque virgule cornua manibus prehendentis, pu- gnos faciunt: necesse autem est, ut digiti compressi ad caelum h- specent, utque virgula erigatur ex parte, qua cornua coe- unt: tum huc, & illic passim per locos montosos vagantur: itaque dicunt, simulatque supra venam pedem posuerint, sta- tim virgulam versari, & volvi, sibi que prodere venam: ubi pedem retulerint, & ab ea discesserint, rursum virgulam im- mobilem manere. Atque adeo ipsi ut censent, quinque res sunt necessariae ad hoc ut virgula suum faciat officium: prima virgula quantitas: vis enim venarum baculum nimis magnum volvere nequit: altera virgulae figura: nam nisi furcata fuerit, eadem vis eam vertere non potest: tertia vis venatorum, qua naturam volvendis habet: quarta virgulae tractio: quinta privato proprietatis occultae, ne astricto malicio ad me- tallicam inventionem naturaliter homo impediatur. Ceterum Geor. Agricola l. 2. de Re metal. magicam primum vir- gulam hanc fuisse, mox religionis metu repudiatis carnibus virgulam

virgulam tamen in imperitorum remansisse manibus putat: nulla per se vim magnetica praeditam, sed tantum ex tractan- tis pendente magneticum, cum vel columna, vel aliquo alia ita flexilis, si fite tenetur in manibus, omni homini quocunque in loco steterit, in orbem vertatur.

EFFODIENDO. FOSSORES METALLICI.

Metallarii, qui metallum effodiunt: quorum tamen alii sponte sua, alii conditione tales sunt: Horum. de Verbis juris.

Metallica Plebs nec vilis est, nec abjecta. Etenim noctur- nis aequae, ad diurnis vigiliis, & operibus exercitata habet du- riorum corporum immannem, facillimeque, cum res postulat, labores, & munera militum sustinet. Quippe qua confuevit ad multam noctem vigilare, traflare ferramenta, fossas ducere, agere cuniculos, machinas fabricare, onera ferre. Quocirca res militaris periti, eam non modo urbanae plebi praefertunt, sed etiam rusticae. Geor. Agricola de Re metal. l. 1.

Cicromysius, Boemorum Princeps, cum ad eruenda metalla rusticos traduxisset, fames gravissima Boemiam invasit. Duhraz. l. 2.

Servi, qui ad metalla Pyrenaeorum montium olim deputati erant, incredibilem quantum afferebant dominis. Die, B noctisque in labore perseverantium multi ex nimio labore moribantur, cum vix ulla eis ab opere daretur requies, sed verberibus ad continuum opus cogentur. Quidam ta- men robustiori corpore, ac animi vigore, plurimum tem- poris in ea versabantur calamitate, quibus mors vita erat optabilior. Jo. Gerund. l. 1. Paralip. Histp.

RAPIENDO.

Apud Indos Ba Adrianos, in solitudine arenosa formice sunt canibus minores, vulpibus majores, quae arenam auracam terra egerunt, canque summo studio defendunt. Junctis ca- melis, Indi ad aurum legendum, cum serventissimum astitus est, tendunt, quando praestitu formice sub terra se occultant. Ubi igitur ad eum locum pervenerit, culcis (quos attu- lere) aurum completissime pulvisse retro se recipiunt. Quos pro- fusum formice (ut a Peris ferrum) olivatu percipos insequun- tur, tanta pernicitate, quanta in alio animali est nullo: ita ut nisi viam, ad quam formice congregantur, anticipent Indi, nemo sit spiorum inde evasurus. Ideoque camelos mares, quod impares foeminas sunt in currendo, ne trahantur, dis- solvunt: sed non utrumque pariter. Foemina vero pulli (quem reliquit) memoret, nihil sibi remittit. Hac ratione Indi aurum colligunt. Nam quod effoditur apud illos, rarius est. Herod. l. 3.

ELUENDO.
Aurei velleris allegoriam Suidas exponit, de arte, quam Graeci xupia vocant. At enim Jasonem abstulisse Colcho- rum regni librum in pellicea membrana scriptum de auro con- ficiendo per xupia. Verum, ut mihi quidem videtur, Poe- ta per aureum velleris intelligit magnum auri vim apud Col- chos, aut Phrixo Athamanis regis filio relictam, aut ab Ae- tarege conceptam. Nam & verisimile est Phrixum ex Gra- cia secum abfuisse patrios thesauros, cum insidias noverca- timenas ad Aetarem confugeret: & regio Colchorum propter vicinitatem Caucasi montis abundat auro, teste Strabone lib. 10. qui scribit multos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea arena tam tenui, vixut videri posse, eamque ab ac- colis colligi lanosis pelibus in aquam postica, atque hanc opinor esse occasionem fabulae, pelles enim, subsidente in his arena, praef se ferunt speciem auri velleris. Quare non du- bium est, Jasonem aut bello repetivisse thesauros, quorum D ipse erat haeres: vel auri gratia intulisse Colchis.

MERCES NAUFRAGAS.

LAPONES navigis utuntur, nullis clavibus sed nervis, & vimini- bus compaginatis. His per rapidissimos fluvios inter montes Laponiae descendent, astita nudi, ut in periculo enatae va- leant, & colligere ex naufragis merces. Ziegler. in Scandia.

OPERAE MECHANICAE RERUM COMMUTATRICES.

Commutatrices artes in multiplici sunt differentia: fontes ex- causi petendi. Commutatrices igitur materiae, hoc est ea, quae in- ter se commutantur, in genere quidem, vel sunt res qualescum- que, inanimatae, animatae, & praeter se, vel opera commutari solite: vel sunt opera pro rebus, aut operis. In specie autem respectu habito ejus quo datur, vel est Res, quam h- is, qui datur, facit, Pla-

toni aTroaoua dicitur: ut quando sutor calceos vendit pi- stori, vel commutat, si non fecit, eidem materia, vocat appella- tur, ut cum sutor pecunia emit ad pistore panem, vel est opera, sive theoria, sive practica mechanica. At ratione habitae ejus, quod accipitur, totidem habet differentias. Forma est ipsa alienatio, ut id, quod commutatur, in alterius jus transsit, vel possessione, vel usurpatione, & usufructu. Quae ipsa respectu ejus, quod accipitur, Emptio dicitur: respectu vero ejus, quod datur, Venditio nuncupatur. Efficientis appellatione eos comprehendimus, qui res, vel operas inter se commutant. Quis civis sit, & quomodo Platonem vocatur: sive peregrini, & Emptio. Finis, vel necessitas est, vel voluntas. Require in Loco de Commutatione.

OPERAE MECHANICAE PURGATRICES KAQAIPETKAI. RESPECTU.

SUBJECTI, CUJUS REI PURGATORIO DOMORUM, URBIVM. KAQAAPMOI.

ANDREAS Rex Hungariae, Damiatum Aegypti urbem Sul- tano Aegypto eripuit, cum pestilentia supra lxxx. milia hostium perisset. Saracenis in urbe captis concessa salus, & ut purgandae urbis, & mortuorum effendorum curam sus- ciperent. Bonfin. l. 7. Dec. 2.

VESTIUM, HUC Fullones.

Fulloniam artem Nicias Megarensis invenit: quam qui exercent, Fullones nominantur: ii vestimenta curant, poli- neque, & ad id sapone utuntur, quem Plin. l. 28. c. 12. a Gallis inventum tradit. Graece dicitur quibus, quae quid purgat. Polidorus de inventis Regum.

PHILONIDES, Atheniensis comicus antiquus, ante fullo fuit. Suidas.

TYRTAMI Philosophi, qui Theophrastus postea propter dicendi suavitatem appellatus fuit, Pater fullo fuit. Fulg. l. 3. c. 4. ex Laert.

CLESIPPUS fullo, gibbere, alioque foedus aspectu, a Ge- gania receptus in thorum, mox in testamentum, candelabrum Aegypticum numinis vice coluit, quod ejus opera Gegania innotuisset. Plin. 34. c. 3.

CICERONIS matrem tradunt Helviam claro genere, & ho- nesta vita fuisse. De Patre nihil mediocre refertur. Alii in officina fulloniae & natum volunt, & educatum: alii ad Accium Tullium clarum Volcorum regem originem fa- miliae ejus referunt. Plut. in Cicero.

ANASTASIUS Aquilejensis, qui sub Diocletiano passus est, fullo fuit. Revivis.

CORPORUM. MANGONIS.

De his sub Loco Mercatorum, quia non aliam ob causam in excolenda forma mancipiorum occupantur, quam ut illa majore precio vendant. Proinde ipsi Mercatura x- datur, famulatur tanquam architectonica. Possunt au- tem huc quoque referri Balneatores, Tonsores, Fucatores, ut sunt xapupovoi.

MODI. NEMPE LAVANDO Corpora.

De Balneatoribus supra egimus, respectu Materiae, Vestes, Lotrices.

NAUSICAA F. Alcioni regis Phaeacum, vestes abluere in- troduditur ab Homero Odyssea 4, in fluvio, non in mari, quoniam aquae marinae pingue quid inest, praetera etiam H densior exilens, sordes incidendo auferre nequit. Macrobi. l. 7. Saturn. c. 14.

UDALRICUS Boemiae Princeps, ex venatione domum re- diens incidit in virginem rusticam, cui Boemae nomen fuit, forte lavantem vestimenta: eamque ob formae venustatem, & colloqui suavitatem, ac mores probatissimos, ita de- petire cepit, ut eam invitit consiliaris duxerit uxorem. Bonfinius l. 2. Decad. 2.

Mulier quadam, quae indumenta lavare confueverat, Brio- cium Episcopum Iuonensem de stupro accusat falso. Vide Tit. Infontes de vino, & miraculosa absoluti iudicio, Philippa lavando victum queritans ad summas evehitur opes, in aula Jolantae uxoris Roberti ducis Calabriae, & Rai- mundo Campano non bit. Vide Tit. Obscuro orti loco, qui ad amplas pervenire dignitates. Lanam